



Fragment of a manuscript page with gold leaf initials and a red line.



Fragment of a manuscript page with gold leaf initials and a red line.

Tabula huius tractatus.

- ¶** Quare sit instituta quadragesima.
- ¶** Quid sit ieiunium: et unde dicatur.
- ¶** Quotuplex sit ieiunium.
- ¶** Qui sint gradus ieiunij.
- ¶** Qui astringantur ad ieiunium.
- ¶** An vxor prohibente viro teneatur ieiunare.
- ¶** Qualiter obseruetur ieiunium.
- ¶** Quomodo dicatur quis recte ieiunare.
- ¶** Quot requirantur in ieiunio.
- ¶** De quibus debet esse cōmestio in ieiunio.
- ¶** Quando ieiunium frangatur.
- ¶** Qui dies sint ieiunandi.
- ¶** Ieiunia an possint cōmutari.
- ¶** Quis possit dispensare super ieiunijs.
- ¶** Quis sit effectus ieiunij.

+

33

Tractatus de ieiunijs compositus per dominum Antonium
de Rosellis vtriusque iuris doctorem.

Omnēs homines qui rectum vite iter nituntur: nō terram cōtinuo debent aspicere: sed cælum: et ut apertius loquar nō hominem sectari semper sed deum: ac non his terrestribus simulacris. sed deo seruire cælesti. nō etiam ad corpus referre super omnia sed mentem: cum corpori indulgendum sit nō seruiendum: nō huic etiam vite continuo dare operam sed eternę. Ea hoc est quod a plerisque prudentibus relatus didici: magni et excelsi animi esse calcare mortalia. Et propter immaculatus ille cælestis agnus gregis sui curam habens nos monere cupiens ne continuo ista oblectamenta terrena p magnis ac veris bonis acciperemus: quę non sunt tantum fallacia. quia dubia: verus et insidiosa quia dulcia. Instruit nos verbo pariter et exemplo ut a curis istis mortalibus retraheremur. Interdum verbis quippe cum per sanctā matrē ecclesiam ac non nullos antiquos venerandos patres sanctorum ieiuniorum fecerit constitutiones: quibus et ipse plus opere quadragesimam ieiunādo usus est. Docemur ergo ab omniū cōditore veritatis patre. ieiunijs interdum terrena despiciere: et plurimum amare cælestia: cum ipsis mediantribus mens a caducis istis mortalibus eleuetur. et virtus per ipsa nobis largiatur et premiū. Quę ut cōmode et aperte exigentibus temporibus expedire possumus.

Ego Antonius eximius legum doctor natus quondam eximij doctoris domini Roselli d Rosellis de Bretio legum doctoris famosi: aliqua vtilia de ipsis eligere constitui ad eruditionem mei ac ceterorum. istas fugare terrenas oblectatiōes cupientiū. Suscipe ergo illustris princeps opusculum hoc ad laudem excelsi tui nomini compilatum. Guido Antoni comes magnanimitate mōtis feretri magneque regni Sicilie comestabilis. cui ex debita sincere gratitudinis et deuotionis intime aliquod munusculum exhibendum: quod tibi tanquam prudentissimo veris

militer debet esse gratum me obligatum fateor nunc maxime a
nimi tui fauente clementia inter familiares tuos connumeratos
colligam de micis cadentibus ex mensa tua. Nec ex studijs no-
stris animaduerti tibi melius aliud conuenire quam de ieiunijs te
cum habere confabulationem. quem principum unicum religiosissi-
mum diuinis rebus semper anime promptiore fuisse comprehendi.
et quia vetustis retro antecessoribus non degeneras qui omnem
aliam latinam quantumcumque illustrem progenie suis innumerabili-
bus virtutibus superarunt. post immensas tui regiminis actio-
nes religioni plurimum vacas et deum times. ¶ Tractaturus
igitur de ieiunijs quadragesimalibus. marie et primum videndum est
quare fuerit hec sancta instituta quadragesima. Que ideo in-
stituta est. quia cum homines de omnibus suis decimam debe-
ant deo: sic etiam in ieiunijs hoc fuit statutum. ut xxxvi. diebus ie-
iunaremur. et. iiii. plus: qui tamen non sunt dati propter decimas:
sed ut equaretur dominicis ieiunijs: nam et tot diebus ipse etiam
ieiunauit: remanent tamen triginta hore non decimate sed possumus
dicere quod releuamur ab istis propter onus aliorum ieiuniorum vel il-
lorum. iiii. dierum: qui licet prestent propter aliud tamen nos onerant
et sic in alio releuari debemus. ¶ Videndum est modo de ieiu-
nijs et hoc questionibus. vii. explicari credo. Et quam omnis di-
sputatio seu locutio de ieiunijs futura est: placet primo diffini-
re quid sit ieiunium et unde dicatur. Secundo quotuplex sit ieiu-
nium. Tertio qui ad ipsum restringantur. Quarto ad ipsius ob-
seruantiam et qualiter frangatur. Quinto qui sint dies digni ie-
iunio. Sexto quando sit in totum vel particulariter transmutabile.
Septimo qui sint effectus ieiunij. ¶ Rediens ad primam que-
stionem dicit in ipsa Inno. quod ieiunium est parcimonia victus et
ciborum abstinencia. Sed ista diffinitio non est tuta: quia non
comprehendit substantialia ieiunij. pro. l. omnis diffinitio. ff. de
re. iur. Unde dico quod ieiunium in sua propria specie sumptum est uni-
ta in die legitima ciborum refectio cum abstinencia a carnibus lac-
ticinijs institutione generali ecclesie vel loci speciali consuetu-

89

dine uoto vel penitētia introductum. Et ideo dicitur legitima quia fieri debet euitando quinq; que sunt representamenta regule de quibus habetur de pse. di. v. c. quinq; et infra dicam. Et dicitur scdm Inno. et doc. a quodā intestino quod vocat̄ ieiuniū quod est superuacuum et subtile: et ieiunij rationem nititur assignare Hosti. Sed hoc medicis phisicis dimittam. ¶ Secundo ē videndum quotuplex sit ieiuniū: et Inno. et Goff. suo modo dicunt: Ego vero sic dico quod potest considerari ieiunium multipliciter. Primo modo in suo genere generali. et tunc ieiunium est abstinere ab iniquitatibus et illicitis seculi voluptatibus scdm quod habetur de pse. di. v. ieiunium: et scdm hoc ieiunium abstinentia a quocumq; appetitu dici potest extraneo et illicito. que abstinentia tripliciter fieri debet. sicut humana fragilitas triplici modo domino peccati subiecta est scdm quod scribit Lactantius libro de falsa religione. li. vi. c. xiii. videlicet factis dictis et cogitationibus. Primus igitur gradus huius ieiunij est a malis operibus abstinere. Secundus est a malis verbis. Tertius est a cogitatione rerum malarū. Qui primū gradum ascendit. satis iustus est. Qui secundū iam perfecte virtutis est: siquidē neq; facto neq; sermone delinquat. Qui tertū. iste nō similitudinē rei assecutus dicitur. Est enī pene supra humanū modum: nec in cogitatione quidē admittere quod sit vel facto malū vel improbum dictū: ita quod etiam iusti homines qui frenare se possunt ab omni opere iniusto: nōnunq; tñ ipsa fragilitate vincunt: ut uel in ira malū dicant vel in aspectu rerū delectabiliū: cogitatione tacita cōcupiscant. ¶ Secundo modo potest sumi ieiuniū in suo esse speciali scdm quod diffinitur: quod sit abstinentia vel parcimonia ciborum. et hoc potest dupliciter considerari. Uno modo ex parte cause efficiētis vel introducentis. Alio modo respectu cause materialis seu subiectiue vel predicati. De primo potest dici quod aliqui procedunt de gñali institutiōe ecclie: ut ieiunia quadragesime ut. iiii. di. statuimus cū se. et de pse. di. v. quadragesima cum se. Et vigilie apostolorū ut. j. dicam. Aliqua sunt ieiunia ex voto

precedentia. Aliqua ex consuetudine loci specialis ut Pannonienses qui
ieiunant sexta feria: et Romani ieiunant in sabato. ut habetur. xii.
di. c. illa. Item ieiunium aduentus quod non est generale debet custodi
ri secundum loci consuetudinem. Aliqua sunt que proveniunt ex peni
tentia iniuncta a sacerdote ut habetur. lxxxvi. di. presbiteros.
Iste autem species ieiuniorum ex parte sunt efficienti. Ex parte autem
naturali uel subiectiua seu predicatiua est triplex. Primus quoniam est a
qualibet re comestibili abstinentia secundum propriam voluntatem et
non secundum statutum ecclesie scriptum seu consuetudinem. Et secundus
hoc etiam qui de pluribus comedit uel pluries in die dicitur ieiun
nare dum tamen a placitis abstineat voluptatis. Et hoc quidem iei
unium debet fieri omni tempore maxime a clericis ut habetur. xlii. di.
c. i. ii. et iii. et fit comedendo etiam de qualibet re nobili dummodo
non secundum voluntatem uel appetitum habita distinctione bonorum et
personarum et rerum inter quas versatur. Est sciendum quando quis
abstinet se a cibis uenerem generantibus: ut si tamen comedit panem
nuges uel poma non carnes non pisces non oua: et hoc ieiunium dicitur
zeufagia a zenon quod est sicum et fegia quod est comedere.
Tercium est ieiunium secundum constitutionem iuridicam ecclesie ut
abstinentia carniu et lactiniorum. ut habetur. iiii. di. denique.
et de hoc sermonem habeo. ¶ Tercio principaliter quero qui ad
ieiunandum sint astricti. Dico quod omnis doli capax est ad ieiun
andum habilis: et ideo puer. x. annorum communiter erit etiam astri
ctus. Ratio quia peccare potest et peccata deslere. c. i. de delic. pue.
An autem cum ipsis sit dispensandum. j. dicam. ¶ Sed dubium
est an uxor prohibente viro teneatur ieiunare. Et dicit Inno. quod
ieiunia ab ecclesia instituta non debet etiam prohibente viro di
mittere. Secus esset de ieiunijs precedentibus ex voto uel peni
tentia quia illa possunt dimitti. xxxiii. q. fi. manifestum. Dicit
etiam quod in istis dispensatur ut infra dicam. Furiosi autem et infan
tes non intelligentes nec habentes habitum intellectus excusantur.
¶ Quarto videndum est de obseruatione ieiunij: Respondeo ad

90

hoc ut quis recte ieiunare dicatur: Primo per confessionē: mū-
dus esse debet et reuocatus a peccato. Nam ut ait magister sen-
tentiarū. li. iiii. di. xv. et habetur de pe. di. i. nihil prodest ieiuna-
re et orare ac alia bona agere nisi mens reuocet a peccato: quod
tamen ita est intelligendum quantum ad statum glorie seu meri-
ti consequendū: quantum autem ad statum gratie muniendū ul-
multiplicationē temporalium bene prodest ieiunatio et alia que
libet bona operatio etiam existenti in peccato: debet tñ ut recte
dicatur ieiunare: esse mundus a peccato ut dixi: et debet cōme-
dere semel in die nō tñ ad saturitatem sed quantum natura pos-
sit sustentari. Nec tamen quis bene ieiunaret etiam si quis vna
ebdomoda vel tribus vel duobus diebus ieiunaret: et demū cō-
medendo usq; ad saturitatem venerē astrueret. de conse. di. v.
nō ideo. et c. sunt tibi. cum se. ¶ Item quinque obseruare oportet
vitando que sunt temperamēta gule. Primo ut horam debitam
cōmestionis nō preueniat. ea. di. c. quinque. Hora congrua est ut
missam primo audiat et officium vespertinum oratione peracta
cōmedat. Secundo nō debet politiores cibos querere. vnde ha-
bet. iiii. di. denique et nō debz vti beluis marinis et sumptuosis
nec delicatis cibis. quod tamē intellige scdm qualitatem perso-
narum. ar. xli. di. c. i. ii. et iii. Tertio non multum debet curare
vel expectare quid cōmedat: non enim debet semper esse in tali
cogitatione vel versari. Quarto nō debet ultra mensurā refici.
Quinto nō debet rem aliquā etiam vilem desiderio affectu que-
rere hec habentur in dicto. c. quinque. Debet etiam esse vnica cō-
mestio de piscibus et pomis ac alijs nō delicatis cibis cū absti-
nētia carniū et lacticiniorum. ut habetur in dicto. c. denique. cum
moderata vini assumptione ut ad ebrietatem nō deducatur. s;
quia si contra predicta in aliquibus fiat nō frangit ieiunium
sed peccatur. ¶ Ideo quero quando ieiunium frangatur. dicit
et ex vna cōmestione: preterq; in casibus dispensatis. Idem si
cōmedantur carnes. ¶ Sed stat dubium quid si cōmedantur

oua vel caseus: dicunt quidam q̄ frangitur ieiunium quadra-
gesime non alia ieiunia sed peccatum mortale cōmittitur. Alij
dicunt q̄ frangitur ieiunium. hoc scribit Archi. de conse. di. iij.
rogationis. tutius est non cōmedere. Dicit tamen Hostien. q̄
ista sunt inducta: et ex causa potest contra ea dispensari in pro-
uincijs marime vbi non sunt pisces ut istis vtamur sine pecca-
to. Et ideo gustantes medicinas vbi est consuetudo: uel facien-
tes credentiam nō soluunt ieiunium. Idem credo in cōmeden-
tibus ona in vigilijs ut nō peccent si talis est s̄uetudo patrię.
¶ Sed quid si preuenit horam cōmestionis: uel cōmedit belu-
as marinas: dicunt doc. q̄ non soluunt ieiunium nec peccant:
nisi faciant deliciose uel nimia auiditate. Ita intelligatis cano-
nem de consecra. distinc. i. ¶ Quid in cōmedentibus medici-
nas. dicit Innocen. q̄ medicina pro repellenda infirmitate non
soluunt ieiunium: secus si pro conseruanda sanitate. pro hoc fa-
cit de consecra. distinc. v. c. contraria. et etiam nimis affectans:
uel auide sumens: nō rumpit ieiunium sed peccat scđm Inno.
Unum autem arbitroz ultra statutum ecclesie seruandum fore
scđm ut scribit Hieronimus ad demetriadem de uirginitate et
vita perfecta: q̄ omne ieiunium et omnis ardor abstinentie sit
temperatum: ita ut illi finem consilium nō lassitudo imponat:
nam inordinata ieiunia et abstinentie faciunt ut ipsa postea iei-
unia iuridica nec mediocriter fieri possint. ¶ Quinto est vi-
dendum qui sint dies digni ieiunio. Ad hoc respondeo q̄ si lo-
quimur de illo ieiunio quod est in suo genere generali: et scđm
quod debemus abstinere ab omni appetitu illicito voluntatis
tunc omnis dies venerandus est. xl. distinc. c. i. ii. et iii. Si lo-
quimur de eo quod in specie diximus ieiunio: et tūc si est ex vo-
to vel regionis consuetudine vel penitentia iniuncta: tunc illa
dies ieiunanda est. Si autem est scđm statutum ecclesie: et tunc
dico q̄ quatuor tempora. ut habetur lxxvi. distinc. c. ieiunium.
Item vigilia Natiuitatis dominice: et assumptionis beate Ma-
rie uirginis ut. c. i. de obserua. ieiun. et omnium apostolorum exceptis

91

vigilijs philippi et Jacobi et Jo. evangeliste qui sunt inter pascha et penthecosten. Item vigilia omnium sanctorum. Vigilia autem Bartholomei quoniam est dubium de die debet ieiunari secundum consuetudinem regionis. Vigilia Laurentii et Jo. baptiste. Quadragesima. Item dixerunt quidam de festis feriis preterquam de illis que sunt inter pascha et penthecosten: vel in qua venit natiuitas domini. Alii tamen dicunt et hoc videtur approbare Inno. quod non sunt ieiunia necessaria sed voluntaria: preterquam illius provincie Panonie seu Panotachie quibus est consuetudo que in hoc debet attendi. Item di. 5. non autem. Dubium tamen est de diebus rogationum ante penthecosten et aliqui dicunt quod ista sunt ieiunia necessaria et hoc tenet glo. ber. in. c. ii. de obser. ieiun. glo. tamen Jo. de pse. di. iii. rogationes. dicit quod in hoc debet attendi patrie consuetudo. ¶ De ieiunio autem aduentus finaliter precludunt hoc quod hoc non sit generale id est ab ecclesia inductum sed debet in ipso precepi secundum consuetudinem regionis. Isti sunt quos potui reperire dies ieiunio dignos. Unum tamen nota. Si vnus italicus vadit in partes panonie debet ieiunare sexta feria propter illorum consuetudinem qui tamen non tenent in propriis laribus. ut habet. xii. di. illa. ¶ Secundo est videndum an ista ieiunia possint commutari. Et ista questio potest intelligi dupliciter: vno modo potest fieri commutatio respectu certarum personarum. Secundo respectu assumendarum commestionum. ¶ Ad primum dicit Inno. quod si sunt ieiunia voluntaria: ut ex voto vel consuetudine speciali: vel penam iniuncta: hec sine causa commutari possunt: dummodo talis mutatio sit utilior et deo acceptabilior: et auctoritate intercedente. c. i. de voto. et hoc siue ad mutationem diei. siue cuius personis: siue in eo quod debet sumi. Plus credo quod legitima causa subsistente ut infirmitatis: tunc solus presbiter potest voto astrictum in foro penali ad alium actum non minus deo placabilem ordinare. Quaedam autem sunt ieiunia ab ecclesia instituta ut est quadragesima et alia quibus infra dicam: et ista sine causa ab episcopo vel presbitero commutari non possunt. Sed cum causa legitima siue in die secunde ferie veniat festum: tunc fit commutatio ut

ieiunetur die sabati. ut in. c. i. r. ii. d. obser. ieiun. Idem dicit si vi-
gilia veniret in festo alicuius patroni civitatis vel regni: nam
cum licet cōmutare. Et ideo ī Francia vbi est festū sancti Quī-
tini nō ieiunatur in vigilia omnīū sanctorū quia tunc est illud
festum sed per vnum diē ante. Idem fit scōm Hosti. in partib⁹
vbi est patronus Mauricius vbi nō ieiunant quatuor tēpora
quę veniunt in illo festo sed postea. Potest etiam scōdo respectu
personarū dispensari: ut si vir nō velit q̄ vroz ieiunet: hoc non
obstante tenetur instituta tempora ab ecclesia ieiunare tñ pro-
pter vitandum scandalum potest pbr̄ secū dispensare quia ra-
tione scandali fit dispensatio. c. latores. de cle. excō. mī. Dicit ta-
men Hosti. q̄ idem est in puberibus. ut in. c. ij. de observa. ieiun.
Item cum senibus. c. magnę de voto. Idem dicit Hosti. de agri-
colis ⁊ peregrinis ⁊ his qui continuo labore affligūtur. lxxxvij.
di. pbr̄i. ¶ An autem mutatio possit fieri in cōestibilibus ⁊ ī
modo cōestionis. Dicit Inno. q̄ sic ex causa ⁊ ideo propter ca-
ritatem vel ppter vitandum scandalū posset stari ut quis ī die
bis cōederet nec frangeret ieiuniū dum tñ parum. ut est sile
in cisterciensibus qui possunt prius degustare scōm statum su-
um. Item in magnatibus qui timent de veneno ut possit dispē-
sari q̄ gustans nō frangat ieiuniū. Idem generaliter scōm ge-
neralē consuetudinē ecclesie si post prandiū degustetur ad col-
lationē faciendam: ⁊ vbiq̄ esset causa arbitrio iudicis posset
statui q̄ ante posset gustari. ¶ Ultimo videndum est de effec-
tu ieiunij ⁊ in hoc possumus pcludere cum quadragesimali pre-
phatione dicente ecclesia q̄ vicia cōprimit: mentē eleuat: virtu-
tē largitur ⁊ premia. Premiū enim est qđ apostolus scribit ad
Thimotheum. iiii. ⁊ habetur de pse. di. v. c. ieiunium. Spem ⁊ re-
levationem glorie magni dei. Dicenī est denarius de quo habe-
tur Mathei. xx. c. qui ad motus quadragenario numero efficit
quingagenarius: ⁊ ideo ante pascha agimus quadragesimaz
cum pnia ⁊ labore: post pascha cum leticia quinquagesima quasi
mercedem ⁊ premiū recipientes: verba sunt Augustini sup. Jo

banne. et habetur in dicto. c. ieiunium. Item secundum Iero. et Jo. Crisostomi. Ieiunium valet ad sanitatem corporis: nam curat infirmitatem articulorum. de pse. di. v. legimus hoc salutem et intellectum operatur: fugat infirmitates: procreat sospitatem et voluntatem comedendi et ipsa que comeduntur de facili digeruntur et sine molestia. Non sunt etiam propter ieiunia magni sumptus uel apparatus: fugat maxime vicia gulae et persequens luxuriam: sanat vomitum et stomachi morbos. Et multi sunt effectus singulares ieiuniorum. ut habetur de pse. di. v. c. nihil et s. se. Ideo animus ad ieiunia eleuetis: ut dominus sit in retributione vobiscum. Amen

ExPLICIT tractatulus de Ieiunijs Impressus per magistrum Steffanum Planck de Patavia: Romae anno domini. Mcccclxxxvij die vero sabati vicesima prima mensis Januarij.

